

*19. Instrumentum venditionis di
Gualdino, Giacomo e Pasquale in
favore di Guglielmo de Philippa*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*19. Instrumentum venditionis di
Gualdino, Giacomo e Pasquale in
favore di Guglielmo de Philippa*

1293-01

(c. 332r) Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, regnante domino nostro Carolo secundo Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Andegavie, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum eius anno ottavo feliciter amen, mense ianuarii.

1

In presentia Simonis de iudice Simone regii iudicis Potentie et testium subscriptorum, Iacobus <et> Gualdinus fratres, filii condam Ioannis de Mansella et Pascalis, eorum nepos, cives et habitatores Potentie, vendiderunt et tradiderunt Guillemo de Philippa, civi et habitatori ditte terre, duas petias terrarum sitas in tenimento Potentie, unam in via videlicet Campi Saraceni, ab uno latere eius tenet Ioannes de Lacupensuli, a secundo latere tenet Viconis Dinora <sic> de Picerno, ab aliis duobus lateribus est via publica; et alia petia terre est in contrata fluminis Talli[.]elli et est his finibus circumdata: ab uno latere ipsius tenet Nicolaus Gualerinus, ab aliis vero tribus lateribus tenet predittus Guillemus emptor. Has autem petias terre, qualibet sunt prescriptis finibus circumdantur <sic> per resignata <sic> latera quatuor, una cum omnibus accessionibus

Mancano il computo indizionale e il giorno del mese, verosimilmente per via di una omissione da parte del trascrittore; per quanto concerne l'era regni, in assenza dell'indicazione del giorno del mese si possono formulare due ipotesi: o il documento è antecedente al 7 gennaio, ovvero gli anni di regno sono computati per anno incipiente abbreviato (il che è compatibile con quanto si rileva per i doc. n. 15, 17, 18, 20, 21, 22 del medesimo notaio, in cui il calcolo può essere sia per anni interi, sia per anno incipiente abbreviato).

et ingressionibus suis iam ditto Guillemo vendiderunt et tradiderunt, ut dictum est, pro quibus receperunt ab eo, nomine pretii, tarenos auri novem, totum videlicet pretium ipsius venditionis; quapropter dederunt et tradiderunt, tam eidem Guillemo quam suis heredibus, liberam et omnimodam potestatem // (c. 333r) tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi predittas petias terrarum vel aliquam earumdem. Insuper repromiserunt ei et dittis heredibus eas defendere et guarentire contra omnes homines qui eum vel heredes suos de predittis petiis terrarum vel ipsorum aliqua molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum; et si preditti venditores vel eorum heredes vel aliquis per se vel per eorum heredes contra predittum Guillemum vel suos heredes de predittis petiis terrarum vel ipsarum aliqua, tempore aliquo, venierint vel ipsas sibi deinceps calumniati fuerint seu per quodlibet ingenium ipsas ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut eam eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, noluerint more iudiciorum, debeant componere viginti augustales auri nomine pene, medietatem ditto Guillemo vel suis heredibus, alteram medietatem reginali curie, preditta venditione nihilominus rata perpetuo permanente. Preterea guadium ei dederunt et fideiubsores de evitione ei exinde posuerunt predittum <sic> Iacobum et Masellam.

2

3

Così S, con piccola lacuna, per Gallitelli (la G maiuscola è stata probabilmente confusa con una T maiuscola)

Così per de Mansella

Et taliter ego Ioannes de Gun(n)ella publicus Potentie
notarius, de mandato contrahentium predittorum hoc
instrumentum venditionis scripsi quia interfui et meo
signo signavi. † Ego Simon regius Potentie iudex † Ego
Vernardus de iudice Paulo interfui † Ego Iacobus de
Connestabulo interfui † Ego magister Ioannes Sapor de
Yoi interfui